



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Alexandro VIII. Innocentio XII. & Clemente
XI. editas

Luxemburgi, 1739

X. De confirmandis in eodem Monasterio, vel Officio Abbatibus Congregat.
Sancti Bernardi Italiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74715](#)

tum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non omnibus, & singulis illis, quæ dictus Innocentius prædecessor in suis literis voluit non obstat, ceterisque contrarii quibuscumque.

Datum Roma apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XIX. Februarii MDCCI. Pontificis nostri anno Primo.

IX.

Confirmantur Decreta Capitulorum Generalium Congreg. S. Bernardi Castellæ Ord. Cistercien. de suffragio Lectorum, & Prædicatorum.

Ab Urb. VIII. Conf. ed. 1628. Apr. 4. donati fuerant suffragio nonnulli Prædicatorum. Et ejus Pontificis Conf. preced. concessum fuit suffragium quibusdam Magistris. Conf. vero ed. 1704. Feb. 20. P. 4. extat restitutio numeri vocalium pro Congreg. Hispaniarum. Et Conf. sequenti agitur de suffragio quorumdam Lectorum, & Prædicatorum.

Dat. 19. Febr.
1701. An. I.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Ab Urb.
VIII. conce-
lum fuit su-
fragium Præ-
dicatoribus
quorumdam
Urbium post
12. annos.

Decretis Ca-
pularibus
redactus fuit
eorum nu-
merus ad se-
narium.

Item immi-
nuntus Le-
ctorum, & Præ-
dicatorum
Jubilatorum
numerus pro
eodem suffra-
gio.

Preces Con-
gregationis.

Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Prudentius de Ressa Abbas Generalis, & Monachi Congregationis Sancti Bernardi Castellæ Ordinis Cistercien., quod cum juxta quasdam fel. rec. Urbani PP. VIII. Prædecessoris nostri litteras die 4. Aprilis 1628. seu alio veriori tempore expeditas, omnes dictæ Congregationis Monachi, qui Verbum Dei in Civitatibus Tolosana, Salmantica, ac Oppidis Madriti, & Compluti, per duodecim annorum spatum prædicavissent, ad vocem activam, & passivam admitterentur, vocalium vero hujusmodi numerus supra modum excrevisset, & inde multa inconvenientia ori compertum esset, ut dictis inconvenientibus remedium adhiberetur in quinque Capitulis Generalibus Congregationis prædictæ ab Anno 1676. usque ad Annum 1698. celebratis pro bono ipsius Congregationis regimine decretum fuit, ut deinceps ex dictis Monachis, qui ut præfertur prædicaverint, sex dumtaxat ad dictam vocem activam, & passivam recipiantur, ac aliquo, seu aliquibus eorum deficientibus alii, qui similiter prædicaverint, & a Capitulo approbari, ac ceteris, tempore a die suscepiti habitus Regularis computato, antiquiores sint, in eorum locum subrogentur. Porro in uno ex supradictis, seu alio Capitulo generali ejusdem Congregationis decretum pariter, & stabilitum fuit, ut in futurum ex Lectoribus, & Verbi Dei Prædicatoribus Jubilatis, illi dumtaxat, qui per integrum tempus a Constitutionibus dictæ Congregationis præfixum legerint, & prædicaverint, ad eandem vocem activam, & passivam admittantur, nec ipsis simplex expeditio Patentium literarum eorum deputationis in Lectores, & Prædicatorum Jubilatos hujusmodi ad hoc suffragetur.

§. 1. Cum autem, sicut eadem exposito subjungetur, ipsi Exponentes ea, quæ in memoratis Capitulis Generalibus, sicut præmittitur, decreta fuerunt, quo firmius subsistant, & serventur exactius, Apostolica Confirmatione nostræ patrocinio communiri, & quia nonnulli, qui tempus Lecturæ, & prædicationis a Constitutionibus, ut præfertur, præfixum, non explaverant, sed solum per patentes literas in Lectores, & Prædicatorum Jubilatos deputati fuerant ad dictam vocem contra Urbani Prædecessoris literarum, & Constitutionum prædictarum dispositionem admissi fuerunt, omnes, & quos-

cumque defectus ex illorum admissione hujusmodi secutos, auctoritate nostra sanari plurimum desiderent: Nos eorumdem Exponentium votis hac in re quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, & eorum singulare personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penitentiis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latissimis, si quibus quomodolibet innovatae existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum consilio, prænarratum Decretum de reductione Prædicatorum in futurum, auctoritate Apostolica, tenore præsentium confirmamus, & approbamus; illique inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos Juris, & facti defectus, si qui defuper quomodolibet intervernerint, supplemus. Quo ad graduationem vero Lectorum, & Prædicatorum Jubilatorum non nisi illos, qui ad formam Constitutionum actu legent, & prædicaverint ad suffragandum admittendos esse, eadem auctoritate, harum serie decernimus, & declaramus, ac omnes quorumcumque actuum ceteroqui legitime factorum, & gestorum defectus ex memorata similium Lectorum, & Prædicatorum, qui actu non legerant, aut prædicaverant ad suffragium admissione secutos, auctoritate & tenore prædictis sanamus, salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

§. 2. Decernentes pariter easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabat, in omnibus & per omnia, plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: siveque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus supradictis Urbani Prædecessoris literis, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non Congregationis S. Bernardi, & ordinis hujusmodi, etiam Juramento, Confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboretur, Statutis, & Constitutis; privilegiis quoque, indulxit, & literis Apostolici in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores, presentibus, pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum infertis habentes, illis alias in suo labore permanfuris, ad præmissorum effectum hanc vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrarii quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XIX. Februarii MDCCI. Pontificatus nostri anno Primo.

Confirmatur Decretum Congreg. Epis. & Reg. de Abbatibus Congreg. Sancti Bernardi Italæ Ord. Cistercien. non confirmandis in eodem Monasterio, vel officio post quinquennium.

Id institutum fuit ab Alex. VIII. Conf. ed. 1656. Maii 8. De non eligendis in Abbatem extat Alex. VIII. Conf. ed. 1689. Dec. 23. P. 1. Hujus vero Pontif. Conf. ed. 1710. Oct. 3. P. 10.

agitur

Confirmatio
prædicatorum
Decretorum

Clausula.

X.

ANNO
1701.

CLEMENS UNDECIMUS.

359 ANNO
1701.

Dat. 22. Mar.
1701. An. I.

agitur de aequalitate servanda in Generalatu,
Abbatis, aliquo officio.

CLEMENS PAPA XI.
Ad futuram rei memoriam.

Ex Constitutionibus Cōgreg. Abbatum confirmari non poterant in eodem Monasterio, vel manere post sexennium.

Ab Alexander VIII. id redactum fuit ad quinquennium.

A S. Congr. declaratum fuit idem servandum, etiamque extiterit abdicatione Officii in fine quinquennii.

Dubium subortum an idem intelligentem de Abbatum Regiminis.

I. 1. Nuper pro parte dilecti filii moderni Procuratoris Generalis Provinciae Lombardiae Congregationis Sancti Bernardi Italiae Monachorum Ordinis Cisterciensium. Congregationis Veterinabilium Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium praeposita exposito, quod per Constitutiones dictae Congregationis Sancti Bernardi a felic. record. Urbano VIII. Prædecesore nostro Anno 1641. specifice confirmatas, super quarum obseruatione postmodum dicta Congregatio Cardinalium per suum Decretum die 22. Novembris 1646. emanatum nequaquam sub nullitatibus, aliquo gravioribus ad ipsius Congregationis Cardinalium arbitrium imponendis penitus dispendandum esse, reservata sibi ad id omnimoda facultate, declaraverat, illarum Capit. 23. stabilitum reperiebatur, ut Abbatum dictae Congregationis Sancti Bernardi, qui aliquod Monasterium per triennium, ab uno scilicet usque ad aliud Capitulum generale, gubernarent, in ejusdem Monasterii gubernio ad aliud triennium confirmari, sive in gubernio hujusmodi per sexennium continuum remanere valerent, dicto autem sexennio finito, a gubernio prædicto per triennium vacare deberent. In quibusdam vero rec. mem. Alexandri VIII. Prædecessoris pariter nostri Literis in simili forma Brevis die 8. Maii 1656. expeditis, per quas Idem Alexander Prædecessor celebrationem Capituli prædictae Congregationis Sancti Bernardi in posterum de quinquennio in quinquennium faciendam esse statuebat, præscriptum erat memoratos Abbatum, dicto quinquennio elapo, non posse confirmari in eodem Officio. Et in eadem expositione subiuncto, quod nonnulli ex eis, ut in Officio hujusmodi confirmari valerent, illi, aliquo tempore antequam dictum quinquennium completeretur, renunciabant, ac deinde illud ipsum in futuro Capitulo resumebant; quo vero tali abusui remedium adhiberetur, alii Abbatum ejusdem Congregationis Sancti Bernardi ad dictam Cardinalium Congregationem recursum habuerant, ipsaque Congregatio Cardinalium per suum Decretum die 24. Martii 1689. emanatum dictum abusum prohibuerat, ac Constitutionem, & Alexandri Prædecessoris Literarum præfatarum observantiam expresse demandaverat; ita ut nec renunciationis, nec alio titulo, aut pretextu cuiquam dictorum Abbatum ad idem Officium redire licet. Verum potest enatus fuerit dubium utrum dictum Decretum etiam Abbatum Regiminis dicta Congregationis Sancti Bernardi comprehendenderet, ita ut etiam ipsi renunciatione paucum tempore ante completum quinquennium facta, ad Officium Abbatum regiminis hujusmodi, si scilicet non eidem quam antea Monasterio præsentem, ad aliud immediate sequens quinquennium denouo assimi, adeoque ad gubernium Monasterii dictum Officium Abbatum regiminis per præfatas Constitutiones annexum habentis eligi valerent, an vero per triennium a dicto Officio Abbatum Regiminis, & proinde etiam a Gubernio similis Monasterii vacare deberent, ac dictum triennium vacationis completi oportet hujusque dubii ratio ex Capitulo XVIII. memoriarum Constitutionum defunctorum, ubi præscribatur dictos Abbatum regiminis in eorum Officio tanto tempore, quanto alii Abbatum præfati in gubernio aliquius Monasterii durare, & ab eo pari etiam tempore vacare debere, eo dumtaxat casu excepto; quo

aliquis ex ipsis in Præsidentem eligeretur; ac proinde dictus Procurator Generalis dubium hujusmodi a dicta Congregatione Cardinalium declarari, ac quoscumque defectus in electionibus superiorum, & aliis actibus a dictis Abbatibus Regiminis fieri solitos ob ipsorum, seu aliquius eorum electionem ad gubernium Abbatum regiminis annexum, ut præfertur, habentis, licet ab Officio hujusmodi per triennium non vacavissent, factam secutos servari summopere desiderabat: Emanavit ab eadem Congregatione Cardinalium Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet - Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum S.R.E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposta, referente Eminentissimo Gabriello censuit, ac declaravit servandum esse nunciatum Breve Alexandri VIII., & Decretum ejusdem Sacra Congregationis 24. Martii 1689., etiam quoad quoscumque de regime, & vacationem intelligendam esse de integro triennio. Romæ 6. Augusti 1700. - G. Cardinalis Carpinius - J. M. Panciatius Secretarius.

I. 2. Cum autem, sicut prædictus Procurator Generalis Nobis subinde exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, & servetur exactius, Apostolice confirmationis nostra patrocinio communiri, ac prænarratos defectus, pro quorum sanatione dicta Cardinalium Congregatio Nobis supplicandum esse declaravit, auctoritate nostra sanari plurimum desideret: Nos ipsius Procuratoris Generalis votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliquo Ecclesiastis sententis, censuris, & penis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa lati, si quibus quomodolibet innotatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore præsentem confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos quorumcumque actuum ceteroqui legitime factorum, & gestorum defectus, qui in illis propter memoriam Abbatum regiminis ad gubernium Monasterii Officium Abbatum regiminis annexum habentis, quamvis ab Officio hujusmodi per triennium non vacavissent, electionem haec tenus quomodolibet interixerunt, eadem auctoritate harum serie supplemus, & sanamus; salva tamen semper in præmissis auctoritate præfata Congregationis Cardinalium.

I. 3. Decernentes easdem præsentes Literas, semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, usque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandcumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respectively inviolabiliter observari: sive in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palati Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quocquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

I. 4. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non quatenus opus sit Congregationis Sancti Bernardi, & Ordinis hujusmodi, etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene,

Resolutio,
& De: rectum
affirmativum
Congrega-
tions.

Preces Proc.
Gen.

Confirmatio
relati Decre-
ti.

Clausulæ.

& suffi-

& sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robre permanfuris, ad præmisorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Anulo Piscatoris die XXII. Martii MDCCI. Pontificatus nostri anno Primo.

XI.

Confirmatur Decretum Card. Protectoris de Procuratoribus, & Diffinitoribus Generalibus duarum Provinciarum in Insulis Philippinis Congregationis Hispaniae Eremitarum Discalceat. Ord. S. Augustini.

De Privilegiis Procuratorum Generalium in Rom. Curia vide Inn. XI. ed. 1677. Dec. 11. P. 2. Et de Priviliis Commissariorum vide sequentem.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Nuper pro parte dilecti filii Joannis Antonii a S. Augustino Procuratoris Generalis Provincie S. Nicolai de Tolentino in Insulis Philippinis Congregationis Hispaniae frarum Eremitarum Ordinis S. Augustini Discalceatorum nuncipatorum Congregationi Venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularem præposita, exposito, quod cum Procuratores Generales d. S. Nicolai, ac Candelaria alterius Provinciae in prædictis Insulis Philippinis, seu Terra firma ejusdem Congregationis Hispaniae coram Tribunalibus, nomine suarum Provinciarum comparere, omniaque illarum bona administrare soliti ex Religiosis literarum scientia præditis, & magis benemeritis eligi consueverint, vocemque, & votum, five suffragium in Capitulis Provincialibus dictarum Provinciarum autem semper habuissent, sed paucis abhinc annis voto hujusmodi carerent, hinc vero multa inconvenientia sequerentur, Capitulum, & Diffinitorum Generale dicta Congregationis decreverat, ut deinceps Procuratores prædicti dictum votum, five suffragium semper haberent, & alias prout in patentibus literis desuper emanatis uberiori dicebatur contineri. Porro in omnibus Capitulis Generalibus dicta Congregationis Hispaniae ab anno 1672, usque ad annum proxime præteritum celebratis a Generali Diffinitorio decretum pariter fuerat, ut cuilibet dictarum duarum Provinciarum unus Diffinitor generalis, sicut omnibus aliis Provinciis Hispanie ejusdem Congregationis concederetur, ita ut si aliquis earumdem duarum Provinciarum filius aptus, & idoneus in Hispania reperiatur, is assumi, si minus ex Fratribus prædictarum Provinciarum Hispanie duo Diffinitores Generales hujusmodi pro dictis duabus Provinciis eligi deberent, ac proinde ipse Joannes Antonius, attento, quod Decretum hujusmodi, ne ha duæ Provinciae suis Diffinitoribus in Capitulis Generalibus dicta Congregationis Hispaniae defraudare remanerent, sed ut sic Diffinitorum generale perfectum, & completum redderetur, convenientissimum esset, illud, ac aliud prænarratum Decretum ad favorem prædictorum Generalium emanatum auctoritate prædicta Congregationis Cardinalium confirmari, ac concedi, ut dicta duæ Provinciae suos Diffinidores Generales hujusmodi cum voce, & præminentia, sicut omnes alii prædictæ Provinciae Hispaniae, ac dicti Procuratores Generales vocem pariter, & votum, five suffragium in omnibus memoratis Capitulis Provincialibus haberent summopere desiderabat: eadem Con-

gregatio Cardinalium attenta relatione dilecti filii nostri Josephi Renati dictæ S. R. Eccles. Cardinalis Imperialis nuncipati prædicti Ordinis apud nos. & Sedem Apostolicam Protectoris sibi super præmissa facta per suum Decretum die 18. Februarii proxime præteriti editum eidem Josepho Renato Cardinali, & Protectori benigne remisit, ut veris existentibus narratis, & quatenus expedire censisset, prædictum Decretum Diffinitorii Generalis pro suo arbitrio, & prudentia approbaret, atque confirmaret; Unde ipse Iosephus Renatus Cardinalis Protector in vim facultatis sibi sic attributa suu quoque in præmissa Decretum edidit tenoris, qui sequitur, videlicet: Joseph Renatus S. Georgii in Velabro Sanctæ Romanæ Ecclesie Diaconus Cardinalis Imperialis & totius Ordinis S. Augustini Protector - Vigore commissionis, & facultatis a Sacra Congregatione Episcoporum, & Regularium emanatae, & de veritate, ac rationabilitate expositorum factis instructi, confirmamus supradictum Decretum Capituli, & Diffinitorii Generalis Congregationis Discalceatorum S. Augustini Hispanie, & Indiarum, & concedimus, ut Procuratores Generales Provinciarum S. Nicolai de Tolentino in Philippinis, & Candelaria in Terra firma habere semper possint, & habeant votum, & vocem in omnibus Capitulis Provincialibus suarum Provinciarum. Pariter confirmamus aliud Decretum, seu Decreta ejusdem Capituli generalis, & concedimus, ut pro quilibet dictarum Provinciarum S. Nicolai, & Candelaria eligatur unus Diffinitor generalis, prout in alijs Provinciis Hispanie, qui inter cæteros Diffinidores generales annumeretur, iisdemque privilegiis, juribus, & facultatibus potiatur. Volumus autem, ut prefati duo Diffinidores eligi debeant ex filiis dictarum Provinciarum S. Nicolai, & Candelariae respective, quatenus tempore electionis reperiantur in Hispania aliqui ex iis apti, & idonei ad munus Diffinitoris suscipiendum, si minus elegantur alii ex Provinciis Hispanie pro supradictis Provinciis Diffinidores. Quæ quidem Decreta sic, ut supra, auctoritate jam dicta a Nobis confirmata, & approbata, perpetuis temporibus observari volumus, & mandamus; Non obstantibus quibuscumque. Sic, &c. Datum Romæ ex ædibus nostris hac die 28. Februarii 1704. I. R. Cardin. Imperialis.

S. 1. Cum autem, sicut dictus Joannes Antonius Nobis subinde exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, Apostolica confirmationis Nostræ patrocinio communiri sumopere defideret: Nos ipsius Joannis Antonii votis hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penit. a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latet, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absentes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præfertum a memorato Josepho Renato Cardinale, & Protec- tori editum, ut præfertur auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos Juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

S. 2. Decernentes easdem præsentes Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integras effectus fortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & in futurum quandocumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab

eis

Decretum
Card. Prot-
ectoris aucto-
ritate sibi a
d. Congr. de
legatædium
confirmans
memorata
Decreta Ca-
pitularum.

Preces Proc.
Gen. Pontif.
ei oblatæ pro
confirmatio-
ne relati De-
creti.

Confirmatio
Decreti Car-
din. Protec-
toris.

Clausulæ.

Dat. 15. Apr.

1701. An. I.

Ex decretis
Diffinitorii
Gen. restitu-
tum fuit sue
fragium dd.
Procuratori
bus Gen. Pro-
vinciarum S.
Nicolai, &
Candelaria.

Item cuilibet
dd. duarum
Provinciarum
concessi sunt
unus diffini-
tor Gener.

Preces Proc.
Gen. S. Con-
gregationi,
& Reg. obla-
ta pro con-
firmatione
prædicti De-
cretorum.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN